

De Loco Similium & dissimilium. 637
non solum duae res calidae; sed etiam duo ani-
malia ejusdem speciei vel naturae, nec non duo
corpora ejusdem quantitatis dicuntur similia;
Eadem ratione oculi & mens hominis,
ob proportionem, quam inter se habent,
ad similia hinc referuntur. Ex his facile
intelligitur, quid sint dissimilia.

3. Ex loco similium seqq. desumi solent
argumenta.

- I. Quod valet in uno similiu, valet
etiam in altero vel reliquis, e.g. is, qui
plantat vineam, de fructibus ejus edit. E. &
qui Evangelium annunciat, mercede dignus
est. Ager diligenter curatus fit fertilior, E. & in-
genium cultu augetur.
- II. Quod non valet in uno similiu, id
nec in altero vel reliquis valet, e.g. res
militaris non patitur negligentiam. E. a stu-
diis literarum & optimarum artium eadem
quoque abesse debet. Bovi trituranti cibus
non est denegandus. E. nec doctori Ecclesiae.
- III. Dissimilibus conveniunt dissimilia
e.g. Apostolus & ministri Ecclesiae aliter praesunt
Ecclesiae atque reges gentibus. E. regna-
re non debent in Ecclesia, nec ambitioni stu-
dere, sed operam dare humilitati.
4. Argumenta ex loco similium commo-
dissime adhibentur, cum auditor ad dis-
cendum est promptus, quamvis, si similia ea
parte spe-